



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod sacrilegia & maleficia habe[n]t efficaciam ex quinq[ue].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

hos nephandos superstitiosos & nigromanticos huius regni per rigorosam inquisitionem punire quam quod per eos tot animę specialiter perirent & Deus tot plagas nobis infligeret. Stulte quoq; agunt per talia media superstitiosa diuinum querere auxilium. Nam quid stulti hoc actu submergendi imaginem in aqua & reliquias ad obtinendū pluuiam. quid infanias quam alloqui imagini & protestari contra ipsam quę aures habet & nō audit : & oculos & non videt : vnde deridet spiritus sanctus vel is qui per spiritū sanctum loquitur. Sapie. viii. c. similes superstitiosos : cum dicit. Non erubescunt loqui cum illo qui est sine anima.

**Q**uod sacrilegia & maleficia habēt  
efficaciam ex quinq;.

**S**ed quoniam falsa credulitate præditi & similes per tales actus illicitos firmiter credunt infra certum

terminū obtinere pluuiā vel alios effe-  
 ctus. Nūc restat declarare aliqua. Et  
 primo vnde sortilegia & maleficia suū  
 sortiūtur effectū. Ad quod respondet  
 magister Iohannes nider in suo præcep-  
 torio : præcepto .i. c. ix. quòd sortilegia  
 & maleficia habent efficaciam ex quinq;.

**P**rimo ex parua confidentia quam ho-  
 mines habent in Deum : ideo permittit  
 eos a dēmonibus impediri secūdū illud.  
 Psalmus. cx. Quoniam in me sperauit &  
 liberabo eū : scilicet iustū : & per argu-  
 mentū à contrario sensu : qui non spe-  
 rant in Deū dēmonis potestati relinquū-  
 tur. **S**ecūdo ex errore qui in homini-  
 bus est cuius pene frequenter est effectus  
 maleficii secūdū illud ad Rom. i. Cū co-  
 gnouissent Deum non sicut deum glori-  
 ficauerūt &c. & obscuratū est inspiens  
 cor eorum. **T**ertio vt fides probetur  
 bonorum secundum Aug. quod probat  
 per illud Deutero. xiii. Si surrexerit in  
 medio tui propheta : aut qui somnium  
 se vidisse

se vidisse dicat & prædixerit signū aut  
 portentū & euenerit quod locutus est,  
 & dixerit tibi: eamus sequamurq; deos  
 alienos quos ignoras & seruiemus eis.  
 Non audias verba prophete illius aut  
 somniatoris: quia tentat vos dominus  
 Deus vt palam sciat an diligatis Deū an  
 non. Quarto propter pactū expressum  
 vel tacitū cū dēmonibus initū & socie-  
 tatem qualiter fit in omni superstitione  
 vt dicit Aug. de doctrina Christiana li-  
 bro. ii. quę societas (vt dicit) ab omni  
 penitus fugienda est Christiano. Quinto  
 ex desiderio diaboli qui conatur conti-  
 nuo decipere. i. Petri. v. Aduersarius vide-  
 tur diabolus tanquam leo rugiens cir-  
 cuit querens quem deuoret: cui resistite  
 fortes in fide, & c. xi. eiusdem præscripti  
 libri dicit iste doctor: & conformiter  
 ad sanctū Thomam in secūdo circa dist.  
 vii. & viii. & in. iiii. dist. xxxiiii. & com-  
 muniter secūdū omnes theologos ibi-  
 dem scribentes: quod malefici (procu-  
 h

## TRACTATUS

rante demone omnibus istis modis possunt procurare lesiones in hominibus & eorum rebus cooperante demone quibus potest demō solū ledere & decipere.

Quod malefici non faciunt illos effectus immediate actione propria ; sed talia faciunt per demones ex pacto cum eis inito . & hoc permittente Deo ad aeternitatem & in penam eorum qui similibus vanitatibus nimium adherent .

**N**on enim fiunt illa maleficorum operatione propria & immediate ; sed talia fiunt per demones qui (visis maleficiis) immediate ex pacto dudum cum maleficis à principio mundi & tempore veris idolatrię habito sciunt qualem effectū debent ad intentionem maleficiorū procurare : vt exempli gratia . scopa quam maleficia intingit in a-